



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXCI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

D. Petri Duen.

nuntur personæ quæ de iure torqueri non possunt,

REGVLA CXCI.

DEFENSIO licita est pro tuitione rerum, vt occidendo qui non teneatur. Hanc regulam probat gloss. & ibi Barto. nu. 6. in l. vt vim. ff. de iustit. & iure, idem Bart. in l. j. nu. 2. & 7. C. vnde videtur in l. furem. nu. 2. ff. ad l. Corne. de sica. Eandem regulam ponit gloss. in l. itaque. in verbo, latronem. ff. ad l. Aquil. Docto. in c. ij. & in c. significasti. el. 2. de homici. pro quo est tex. an d. c. ij. ibi, te tuaque liberando. De iure regio probatur in l. iij. titu. xiiij. lib. viij. ord. & in l. j. titu. xvij. libr. iij. fori. & in l. iij. titu. 8. par. 7. Hanc regulam probat text. iuncta gloss. ibi in verbo, vitam. quam ibi ad hoc expressse norat Bald. in l. aduocati. C. de aduoca. diuer. iudi. idem Bald. in l. si suis nummis. C. de operis liberto. & in l. ij. C. de confit. pect. Ioan. ab Ana. in c. ij. & in c. perfodiens. de homicid. Cardina. in c. j. de homi. Aret. in consil. lxxx. num. 8. Hippoly. in consil. 4. num. 8. & 22. & in l. furem. nume. 3. ff. de sicar. Matthe. de Afflic. in consil. Neapol. lib. j. rubr. xiiij. nu. 10. & 51. tenet Ias. in princ. Insti. de actio. nu. 69. Deci. in d. l. vt vim. nu. 31. Chassanæ. in consuetud. Burgund. vbi notabiliter examinat hanc regulam, & allegat iura pro ea & fundamenta, in titu. {Des iustices.} rub. j. §. v. fol. 42. col. 2. nume. 111.

Hanc regulam cum tribus ampliatio. & quatuor limit. ponit Ias. in d. l. vt vim. nu. 23. quem refert Berna. de Luce in regu. 507.

1 Amplia primo vltra Ias. si inferatur vis edificando, nam licet resistere. vt in l. si vitem. in §. ad ianuam. ff. quod vi aut clam. & in l. de pupillo. in §. meminisse. ff. de no. oper. nuncia.

2 Amplia secundo, si inferatur vis turbatiua. Vt in l. iij. in §. cum generaliter. & in l. cum fundum. & in l. j. in §. vim. de vi & vi arm. Bart. in l. j. in §. hoc interdicto. nu. 3. ff. de itine. actuq; priua.

3 Amplia tertio, q̄ liceat pro defensione rerum cōgregare amicos, & amici & vicini mei possunt eum qui vult expellere me de possessione mea impune percutere. Ita notab. firmat Bart. in l. de voto. C. de meta. & epidime. lib. 2. & in l. prohibitum. C. de iure fisco. l. x. quem sequitur Corset. in sing. in verbo defensio. el. ij. Alexan. in consil. cxix. col. 2. vol. 7. Hippoly. in singu. 456. Ias. in l. vt vim. nu. 30. ff. de iusti. & iur.

4 Amplia quarto, habere locum pro defensione dignitatis & officij etiam ex interuallo. Ita tenet Bal. in repe. l. j. nu. 6. C. vnde videtur text. in litem apud Labeonem. in §. adicitur. ff. de iniur.

REGVLA CXCIJ.

DEFENSIO cui libet permisa est. Hanc regulam probat